



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Bugenhagenii Pomerani Annotationes ab ipso iam
emissæ. In Deuteronomium**

Bugenhagen, Johannes

Basileae

VD16 B 9247

Capvt VIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36133

tuā, & caue ne aliquid suscipias, contra deū enim suscipis & eius ueritatē. Quid multos hodie detinet ne suscipiāt Euangeliū q̄ q̄ cū Gerazenis dolēt & nolūt sibi dānūrerū fieri, alioqui libēter passuri Iesum &c.

CAPVT VIII.



Nihil aliud agit q̄ quod ante. Ne obliuiscātur dei &c. Recordaberis. Ex præteritis beneficijs uult confirmari ipsorum fidem ne deficiant à deo, etiā si tentatio eis uenerit &c. Affligeret.]Heb. Humiliaret, id est paulatim te mortificaret & tuam uoluntatem frangeret, ut disceres pendere ex eo solo.

Atq; tentaret & nota &c.

Insignis est hic locus uel uno uerbo expressus, q̄ deus tentat nos, ut sciat qui simus intus & in cute, dum ad hoc tentat ut nos sciamus qui simus. Ipse experiri dicitur dum nos eo docēte & tentationibus probante experimur. Extra tentationē etiam sancti hypocrisi non carēt sed occultissima, sicut de pio Ezechia legis. 2. Paral. 32. In omnibus operibus suis fecit prospere &c. Impij uero hypocrite, qui non suscipiunt uerbū dei, uidētur nihil aliud amplecti q̄ uerbum dei, sed ubi inuulgatum fuerit persequūtur. Luca. 2. Ut reuelētur ex multis cordibus cogitationes &c. Fatemur & nos amplecti dei mandata deiq; ueritatē, sed tentatio docet nos

quid adhuc infidelitatis habeamus. Afflixit te uel humiliavit te penuria. Rursum insignis locus, de fidei tentatione. Promittit deus se prouisurū nobis, & mittit famem & paupertatē, ut uideatur dereliquisse. Hic qui crediderit, nō festinet, Esa. 38. Nutriet etiā in paupertate & dabit meliora q̄ caro sperare potest, scilicet manna pro pane. **Vt ostenderet &c.**

Exponit historiam de manna. Primū hoc ait Moyses, Iustū ex fide uiuere etiā secundū hanc uitā. Non tuus labor tuāq; sollicitudo te nutrit, sed uerbū dei qd' omnibus puidet, oibus dat, Gen. 1. & præterea fidelibus promittit, qui & pudentiā creationis soli intelligūt. Hoc est, quod diabolo Christus obijcit grauissimū certe telū. Deinde isto uerbo ita seruari hominē ut nō moriatur. Vita enim est æterna uerbū dei. Māna illud nō uiuificabat, sed uerbū dei per qd' illud māna dabatur. Vnde Io. 6. Non Moyses & c. sed uult hoc uerbum hoc uiuificū manna edi, id est trañci in mēbra tua & tibi incorporari, ut in ipsum transmutteris, ne mortuā literam cogites esse hoc uerbum, ut uides Ioan. 6. Insigniter uero significabat deus uerbum suum per manna. Vide Sap. 16. Impij nauseabant ad manna, alijs sapiebat ut uolebant, & gratias agebant.

Vestimentum.] Hæc erat cura patris erga filios, ut discamus dei erga nos prouidentiā & c. & ex beneficijs agnoscamus patrem esse quem cōscientiæ nostræ

fugiunt iudicem. Prouidit, inquit, tibi dominus & adhuc amplius prouidebit in terra quā ingredieris & c.

Vt cum comederis,

De gratijs agendis diximus cap. VI. Per gratias autem testamur dei donum esse & ex dei manu nos accipere quo utimur & c. Securitas uero carnis quæ paulatim declinat à timore dei in dei donis siue carnalibus siue spiritualibus, efficit ut occulta quædam cordis superbia, quasi aliquid simus, pereamus, id quod hic dicit, Ne postq̄ comederis & c. eleuetur cor tuum & c. quapropter Paulus monet cum Moise ut in gratiarum actione permaneamus.

Eduxit te, ductor tuus fuit & c.

Fidelis est Moises in domo dei, Heb. 3. sicut & Christus fidelis fuit omnem patri tribuens gloriā & nihil agēs aut prædicans quod non erat ei cōmissum. Sic & ministris Christi fideles uult Paulus. Non dicit Moises. Ego eduxi, ego ductor fui & c. lege Esa. 63.

In qua.] id est, omnia periculis plena erant & nihil remedij, ita solet tentare dominus & deducere ad inferos, ut omnibus desperatis ubi nihil possumus tribuere uiribus nostris & industriæ, magis admirandā nobis cōmendat suam prouidentia & paternam curā, ut supra diximus. Sic etiam distulit Christū, differt promissiones, ut discamus qui simus, ut exerceatur fides, ut gratius sit beneficium, ut maiora opinione accipiamus.

mus. Iud. ei acceperunt quæ ut maxime uellent suis uiribus tribuere non potuerunt, ut aquam ex petra, manna de cælo, Hoc est quod hic addit,

Et postq̃ afflixit &c.

Id quod ex Heb. sic legas licet. Ut humiliaret ac tentaret, ut beneficeret tibi in extremis tuis (id est, post tentationem).

Ne diceret.

Tribulatio & tentatio nobis accidit ne eleuemur in donis, id quod supra dixit Ne eleuetur cor tuum &c.

Est autem hæc eleuatio, si quid tribuerimus uiribus nostris, prudentiæ, consilio, ingenio, id quod odit deus maxime si tribuerimus hoc ipsum iustitiæ nostræ siue bonis operibus, ut uides cap. sequenti. Hæc sunt impietas & idololatria uera, qd̃ dei solius est tribuere creature &c. Omnia ergo uiribus dei & dei promissioni tribuenda hic docet Moyses, quid queso aliud discis in nouo testamento? Vide ergo locos scripturæ qui dicunt de reddendo pro operibus, quo spectent &c.

Quod ipse &c.

Heb. Quod ipse est qui prebet uires tibi ut possis, ut impleat pactum &c.

Sicut gentes.

Non respicit nomina deus, non est acceptor personarum. Nihil tibi prodest q̃ diceris Chrysanus si non credis Christi uerbis.